



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorum, 1574**

**VD16 A 766**

Oratio Dominica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

**Docenda populum.**

**A** omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quęcunque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus, harum & aliarum huiusmodi disciplinarum, si legem expositules scripturarum, nulla legis traditio tibi prætendetur, auctrix consuetudo, confirmatrix & fidei obseruatrix.

**HIERONYMVS AD PAVLAM.**

**I**n principio cuiuslibet operis præmitte orationem dominicam & signum crucis in fronte.

**CHRYSOST. Hom. 21. To. 4.**

**C**VM (inquit) es ianua vestibula transgressurus, hoc prius loquere verbum. Abrenuntio tibi Sathana, & coniungor tibi Christe, nec vnquam absque hac voce exeas, hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis, cum hoc verbo & crucem in frontem imprime, sic enim non tantum homo occurrens, verum nec ipse diabolus te quicquam ledere potest.

**DOCERE ETIAM DEBET QUAE SE  
quuntur.**

**Oratio dominica.**

**P**ater noster qui es in cælis

**S**anctificetur nomen tuum. 1.

**A**dueniat regnum tuum. 2.

**F**iat voluntas tua sicut in cælo & in terra. 3.

**P**anem nostrum quotidianum da nobis hodie. 4.

**E**t dimitt enobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. 5.

**V** **E**t ne

**Docenda populum.**

6. **E**t ne nos inducas in tentationem.
7. **S**ed libera nos a malo. Amen.

**Salutatio Angelica.**

**A**ue Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui. Iesus Christus.

**S**ancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

**Symbolum.****PRIMA PARS DE CREATIONE**

**C**redo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ.

**SECUNDA DE REDEMPTIONE.**

**E**t in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum.

Qui